

Pius Episcopus
Servus servorum Dei
ad perpetuam rei memoriam

Quo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum viresque nostras intendimus, et cogitationes omnes direximus, quæ ad ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent; eaque parare, et Deo ipso adjuvante, omni adhibito studio efficere contendimus.

§ 1 Cumque inter alia sacri Tridentini Concilii decreta nobis statuendum esset de sacris libris: Catechismo, Missali et Breviario edendis atque emendandis; edito jam, Deo ipso annuente, ad populi eruditionem Catechismo, et ad debitas Deo persolvendas laudes Breviario castigato; omnino ut Breviario Missale responderet, uti congruum est et conveniens (cum unum in Ecclesia Dei psallendi modum, unum Missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat), necesse jam videbatur, ut quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo quam primum cogitaremus.

§ 2 Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem, diligenter collatis omnibus cum vetustis nostræ Vaticanæ bibliothecæ, aliisque undique conquisitis, emendatis atque incorruptis codicibus, nec non veterum



Pío Obispo
Siervo de los siervos de Dios
para perpetuo recuerdo del asunto

Desde el primer momento en que fuimos asociados al ápice del Apostolado, gustosamente dirigimos nuestro ánimo y orientamos nuestras fuerzas y pensamientos hacia todo lo pertinente a mantener el culto eclesiástico puro; procuramos prepararlo y, con la ayuda de Dios, aplicando todo empeño nos esforzamos por lograrlo.

§ 1 Y como entre otros decretos del sagrado Concilio de Trento Nos correspondiera decidir sobre la edición y enmienda de los libros sacros: el Catecismo, el Misal y el Breviario; habiendo sido publicado, con la anuencia de Dios mismo, el Catecismo para la instrucción del pueblo, y enmendado el Breviario para tributar a Dios las debidas alabanzas; parecía necesario que pensáramos cuanto antes lo que restaba en esta parte, a saber, la edición del Misal mismo; para que el Misal concordara en todo con el Breviario, como es congruo y conveniente (ya que lo más adecuado es que en la Iglesia de Dios haya un solo modo de salmodiar y un solo rito de celebrar la Misa).

§ 2 Por lo cual, juzgamos que esta tarea debía ser encomendada a varones eruditos escogidos, quienes en efecto: tras haber cotejado diligentemente todo con los antiguos códices de Nuestra Biblioteca Vaticana, y estudiado otros de todas partes,

consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorumdem rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum Sanctorum Patrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum jam et castigatum, mature adhibita consideratione, ut ex hoc instituto cœptoque labore fructus omnes percipiant, Romæ quam primum imprimi, atque impressum edi mandavimus: nempe ut sacerdotes intelligant, quibus precibus uti, quos ritus quasve cæremonias in Missarum celebratione retinere posthac debeant. Ut autem a sacrosancta Romana Ecclesia, cæterarum ecclesiarum matre et magistra, tradita ubique amplectantur omnes et observent, ne in posterum, perpetuis futuris temporibus, in omnibus Christiani orbis provinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis et Parrochialibus, Sæcularibus, et quorumvis ordinum, Monasteriorum tam virorum quam mulierum, etiam militiarum Regularibus, ac sine cura ecclesiis vel cappellis, in quibus Missa Conventualis alta voce cum choro, aut demissa celebrari juxta Romanæ Ecclesiæ ritum consuevit vel debet, alias quam juxta Missalis a nobis editi formulam decantetur aut recitetur; etiam si eædem ecclesiæ quovis modo exemptæ, Apostolicæ Sedis indulto, consuetudine, privilegio, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel aliis quibusvis facultatibus munitæ sint; nisi ab ipsa prima institutione a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio super ducentos annos Missarum celebrandarum in eisdem ecclesiis assidue observata sit: a quibus, ut præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic, si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curavimus, iisdem magis placeret, de Episcopi vel Prælati, Capitulique universi consensu, ut	enmendados e incorruptos, así como también después de haber consultado los textos de antiguos y probados autores que nos dejaron testimonios escritos sobre la sagrada institución de esos mismos ritos, restituyeron el Misal mismo a la norma y rito prístino de los Santos Padres. El cual ya revisado y corregido, aplicada madura consideración, mandamos que cuanto antes se imprima en Roma y que, ya impreso, sea publicado para que de esta institución y labor emprendida todos perciban los frutos, a saber: para que los sacerdotes conozcan qué oraciones han de usar, qué ritos y qué ceremonias deben observar de ahora en adelante en la celebración de las Misas. Pues para que lo entregado por la sacrosanta Iglesia Romana, madre y maestra de las demás iglesias, sea en todas partes por todos abrazado y observado en adelante por todos los tiempos futuros y a perpetuidad, en todas las provincias del orbe cristiano: Patriarcales, Catedrales, Colegiatas y Parroquiales, Seculares, y de cualesquiera órdenes, incluso las regulares militares, monasterios tanto de varones como de mujeres, e iglesias o capillas sin cura; en las que la Misa conventual en voz baja o alta con coro, se acostumbre o debe celebrarse conforme al rito de la Iglesia Romana: no se cante ni recite sino según la fórmula del Misal editado por Nos; aunque esas mismas iglesias estén exentas por cualquier modo: indulto de la Sede Apostólica, costumbre, privilegio, incluso juramento, confirmación apostólica, o cualesquiera otras protecciones; a no ser fuese aprobada desde su misma primera institución por la Sede Apostólica, o su costumbre, o su misma institución haya sido observada asiduamente más de doscientos años en la celebración de las Misas en esas mismas iglesias: a las cuales de ningún modo retiramos la predicha constitución o costumbre de celebrar; asimismo, si este Misal, cuya edición ahora hemos dispuesto salga a luz, place más a las mismas: con el consenso del Obispo o del

quibusvis non obstantibus juxta illud Missas celebrare possint, permittimus; ex aliis vero omnibus ecclesiis præfatis eorumdem Missalium usum tollendo, illaque penitus et omnino rejiciendo.	Prelado y el pleno del Capítulo permitimos que sin ningún obstáculo puedan celebrar Misas conforme a él; suprimiendo, en verdad, el uso de los mismos Misales en todas las demás iglesias antes mencionadas, y rechazándolos completa y absolutamente.
§ 3 Ac huic Missali nostro nuper edito nihil umquam addendum, detrahendum aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus et ordinamus. Mandantes ac districte omnibus et singulis ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, aliisque personis quacumque ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales aut cujusvis alterius gradus et præeminentiæ fuerint, illis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes: ut, cæteris omnibus rationibus et ritibus ex aliis Missalibus, quantumvis vetustis, hactenus observari consuetis, in posterum penitus omissis ac plane rejectis, Missam juxta ritum, modum ac normam, quæ per Missale hoc a nobis nunc traditur, decantent ac legant; neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumant. Atque ut hoc ipsum Missale in Missa decantanda aut recitanda in quibusvis ecclesiis, absque ullo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum pœnarum, sententiarum et censurarum incursu, posthac omnino sequantur, eoque libere et licite uti possint et valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, etiam perpetuo concedimus et indulgemus. Neve Præsules, Administratores, Canonici, Capellani et alii quocumque nomine nuncupati Presbyteri sæculares, aut cujusvis ordinis regulares, ad Missam aliter quam a nobis statutum est celebrandam teneantur; neque ad Missale	§ 3 Y decretando por esta nuestra constitución que ha de valer perpetuamente, establecemos y ordenamos que a este nuestro Misal, recientemente editado: jamás nada ha de añadirse, quitarse o cambiarse, bajo pena de nuestra indignación. Mandando y ordenando estrictamente a todos y a cada uno de los Patriarcas, Administradores y demás personas de las iglesias predichas que luzcan cualquier dignidad eclesiástica, aun si fuesen Cardenales de la Santa Iglesia Romana o cualesquier otro grado y preeminencia, en virtud de santa obediencia les preceptuamos: quedan completamente omitidas y claramente rechazadas todas las demás prácticas y ritos de otros Misales, por más vetustos, que hasta ahora han acostumbrado observar; en adelante canten y lean la Misa conforme al rito, modo y norma de este Misal que ahora es entregado por Nosotros; y no se atrevan añadir ni recitar en la celebración de la Misa otras ceremonias o preces que las contenidas en este Misal. Y para que de ahora en adelante sigan totalmente este mismo Misal en Misa cantada o recitada en cualesquiera iglesias, por autoridad Apostólica y a tenor de las presentes, concedemos y permitimos su uso a perpetuidad; por eso pueden y tienen la facultad de utilizarlo libre y lícitamente, sin ningún escrúpulo de conciencia, ni por ello incurrir en sentencias, censuras o penas algunas. Ni Prelados, Administradores, Canónigos, Capellanes y demás Presbíteros seculares designados bajo cualquier nombre, ni regulares de cualquier orden sean obligados a celebrar la Misa de modo distinto a como por Nos ha sido establecido; ni puedan ser forzados o compelidos por nadie a modificar este Misal…

hoc immutandum a quolibet cogi et compelli possint…	
§ 4 ...neve præsentes litteræ ullo umquam tempore revocari aut moderari possint, sed firmæ semper et validæ in suo exsistant robore, similiter statuimus et declaramus.	§ 4 …del mismo modo establecemos y declaramos que las presentes letras en ningún tiempo jamás pueden ser revocadas ni moderadas, mas permanecen siempre válidas y firmes en su propia fortaleza.
§ 5 Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac in provincialibus et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non ecclesiarum prædictarum, etiam usu longissima et immemorabili præscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque.	§ 5 Sin que obste cualesquiera estatutos y costumbres en contrario: las enviadas previamente, así como constituciones y ordenaciones Apostólicas, las constituciones y ordenaciones generales o especiales publicadas en Concilios provinciales y sinodales, ni de las iglesias predichas, aún con larguísimo uso e inmemorial prescripción no fortalecida por más de doscientos años.
§ 6 Volumus autem, et eadem auctoritate decernimus, ut post hujus nostræ constitutionis ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri post mensem; qui vero citra montes, post tres; et qui ultra montes incolunt, post sex menses, aut cum primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, juxta illud Missam decantarve vel legere teneantur.	§ 6 Queremos también, y por la misma autoridad decretamos: que después de la publicación de esta Nuestra constitución y del Misal, los presbíteros estén obligados a cantar o leer la Misa conforme a él: los presentes en la Curia Romana después de un mes; y los que están de este lado de los montes, después de tres; y los que habitan más allá de los montes después de seis meses, o tan pronto como este Misal les haya sido propuesto en venta.
§ 7 Quod ut ubique terrarum incorruptum, ac mendis et erroribus purgatum præservetur, omnibus in nostro et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio mediate vel immediate subjecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum; aliis vero in quacumque orbis parte consistentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ y aliis arbitrii nostri pœnis: ne sine nuestra vel specialis ad id Apostolici Commissarii in eisdem partibus a nobis	§ 7 A fin de que en todos los lugares de la tierra sea preservado incorrupto, purgado de equívocos y errores: con autoridad Apostólica y a tenor de las presentes prohibimos lo mismo a todos los impresores que moran mediata o inmediatamente bajo nuestro dominio y el de la Santa Iglesia Romana: que de ningún modo se atrevan ni presuman imprimir, proponer o recibir dicho Misal sin Nuestra licencia o sin la del Comisario Apostólico especialmente por Nos constituido para las mismas regiones; a menos que antes se haya dado fe plena, verificada por el mismo Comisario, de que el

constituendi licentia, ac nisi per eumdem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Urbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse et concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere vel proponere vel recipere ullo modo audeant vel præsumant, auctoritate Apostolica et tenore præsentium similibus inhibemus.	ejemplar del Misal dado al impresor, y que será tomado como norma a partir del cual los otros serán impresos, ha sido confrontado, concuerda y no discrepa absolutamente en nada con el Misal impreso en la Urbe según la magna impresión: bajo pena de pérdida de los libros y cien ducados de oro, aplicándolos inmediatamente a la Cámara Apostólica; a los demás, establecidos en cualquier parte del orbe: bajo pena de excomunión de sentencia ya dictada, y otras penas a Nuestro arbitrio.
§ 8 Verum quia difficile esset præsentes litteras ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri; illas ad Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi Floræ de more publicari et affigi: ac earumdem litterarum exemplis etiam impressis, manu alicujus publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eamdem prorsus indubitatam fidem ubique gentium et locorum haberi præcipimus, quæ præsentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur.	§ 8 Pero como sería difícil que las presentes letras fuesen deferidas a cada uno de los lugares del orbe cristiano, y cuanto antes promulgada a todos la noticia: prescribimos que ellas sean publicadas y fijadas, conforme a la costumbre: en la Basílica del Príncipe de los Apóstoles, la Cancillería Apostólica y la plaza del Campo de Flora; y también prescribimos que a los ejemplares impresos de las mismas letras, suscritos por la mano de algún notario público y autorizados con el sello de una persona constituida en dignidad eclesiástica, les sea otorgada en todos los pueblos y lugares la misma plena e indudable fe que se tendría a las presentes, si les fuesen mostradas o exhibidas.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.	Por consiguiente, a ningún hombre le sea lícito infringir esta página de Nuestra permisión, estatuto, ordenanza, mandato, precepto, concesión, indulto, declaración, voluntad, decreto e inhibición, ni contravenirle con temeraria osadía. Por el contrario, si alguien esto presumiere atentar: sepa que incurrirá en la indignación de Dios omnipotente, y de sus bienaventurados apóstoles Pedro y Pablo.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, pridie Idus Julii, Pontificatus nostri anno quinto.	Dado en Roma junto a San Pedro, el día anterior a los Idus de julio, año de la Encarnación del Señor mil quinientos setenta, quinto año de Nuestro pontificado.

Cæsar Glorierius. H. Cumyn.	César Glorierius. H. Cumin.
Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia, die vero vigesimanona mensis Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Pii divina providentia Papæ V, anno eius quinto, retroscriptæ litteræ publicatæ et affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum ac Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Joannem Andream Rogerium et Philibertum Cappuis, *Cursores*.	El día vigesimonoveno del mes de julio, indicción decimotercera, año mil quinientos setenta de la Natividad del Señor, quinto año del pontificado de nuestro santísimo padre y señor en Cristo, por la divina providencia papa Pío V; las letras arriba escritas fueron publicadas y fijadas, como es costumbre: en las puertas de la Basílica del Príncipe de los Apóstoles, de la Cancillería Apostólica y en la plaza del Campo de Flora, por nosotros: Juan Andrés Rogerium y Filiberto Cappuis, *Correos*.
Scipio de Octavianis, *Magister Cursorum*.	Escipión de Octavianis, *Director de Correos*.
----	-----
1. *Missale Romanum*. Ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum. Pii V Pont. Max. ROMÆ, 1570. Apud heredes Bartholomei Saletti Joannem Variscum et Socios. Incipit.	1. *Missale Romanum*. Ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum. Pii V, Pont. Max. ROMÆ, 1570. Apud hæredes Bartholomei Saletti Joannem Variscum et Socios. Incipit.
2. *Missale Romanum*. Ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum. Pii V Pont. Max. ANTUERPIÆ, 1575. Ex Officina Christophori Plantini Architypographi Regii. Incipit.	2. *Missale Romanum*. Ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum. Pii V, Pont. Max. ANTUERPIÆ, 1575. Ex Officina Christophori Plantini Architypographi Regii. Incipit.
3. *Magnum Bullarium Romanum*. Laertii Cherubini. LUGDUNI, 1692. Tomus 2 pp. 311-312.	3. *Magnum Bullarium Romanum*. Lærtii Cherubini. LUGDUNI, 1692. Tomus 2 pp. 311-312.



Missale Romanum

Ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restitutum,

Pij v. Pont. Max.

iussu editum.

Cautum est privilegijs Sanctissimi D. N. Pij V. Pont. Max. necnon Serenissimi & Catholici Regis PHILIPPI, & Illustrissimi Senatus VENETI.

ROMAE. Apud Heredes Bartholomei Faletti, Joannem Variscum, & Socios.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei
ad perpetuam rei memoriam.

Quo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quę ad ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipso adiuuante omni adhibito studio efficere contendimus. Cumq; inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuendum esset de sacris libris: Catbechismo, Missali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam Deo ipso annuente ad populi eruditionem Catbechismo, & ad debitas deo persoluendas laudes Breuiario castigato, omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruum est, & conueniens (cum vnum in ecclesia Dei psallendi modum, vnum Missę celebrandę ritum esse maxime deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustis nostrę Vaticanę bibliothecę, alijsque vndique conquisitis, emendatis atque incorruptis codicibus: necnon veterum consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorumdem ritum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum sanctorum patrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam, & castigatum, mature adhibita consideratione, vt ex hoc instituto, cęptoq; labore fructus omnes percipiant, Romę quampprimum imprimi, atq; impressum edi mandauimus, nempe, vt sacerdotes intelligant, quibus precibus vti: quos ritus, quasue cerimonias in missarum celebratione retinere post hac debeant. Vt autem a sacrosancta Romana ecclesia ceterarum ecclesiarum matre & magistra, tradita vbiq; amplectantur omnes, & obseruent, ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parrochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monasteriorum, tam virorum quam mulierum, etiam militiarum regularibus, ac fine cura ecclesijs, vel Cappellis, in quibus missa Conuentualis alta voce cum choro, aut demissa celebrari iuxta Romanę ecclesię ritum consueuit, vel debet, alias, quam iuxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam si eędem ecclesię quouis modo exemptę apostolicę sedis indulto, consuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel alijs quibusuis facultatibus munitę sint: nisi ab ipsa prima institutione a sede apostolica approbata vel consuetudine, quę vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem ecclesijs assidue obseruata sit: a quibus, vt prędictam celebrandi constitutionem vel consuetudinę nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijsdem magis placeret, de Episcopi, vel Prędicti, Capituliq; vniuersi consensu, vt quibusuis non obstantibus iuxta illud missas celebrare possint, permittimus: ex alijs vero omnibus ecclesijs prędictis eorumdę Missalium vsum tollendo, illaq; penitus, & omnino reijciendo, ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquà addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostrę pęna, ac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus. Mandantes ac districte omnibus, & singulis ecclesiarum prędictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsque personis quacunque ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus, & prędominentię fuerint, illis in virtute sanctę obedientię prędicentes, vt ceteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs missalibus quantumuis vetustis hactenus obseruari consuetis, in posterum penitus omissis, ac plane reiectis missam iuxta ritum, modum, ac normam, quę per Missale hoc a nobis nunc traditur decantent, ac legant: neq; in Missę celebratione alias cerimonias, vel preces quà quę hoc Missali continentur addere vel recitare prędumant. Atq; vt hoc ipsum missale in missa decantanda aut recitanda in quibusuis ecclesijs absq; vllo conscientię scrupulo, aut aliquarum pęnarum

sententiarum,ꝛ censurarum incursu post hac omnino sequantur, eoqꝫ libere ꝛ licite vti posſint, ꝛ valeant auctoritate apostolica, tenore pręsentium etiam perpetuo concedimus, ꝛ indulgemus. Hꝫ ve Prędules,administratores,Canonicos,Capellanos,ꝛ alios quocunqꝫ nomine nuncupatos Presbyteros seculares,aut cuiuslꝫ ordinis regulares,ad missam alter quā a nobis statutum est,celebrandam teneantur:neqꝫ ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi,ꝛ compelli pręsentes ve litere vllo vnquam reuocari, aut moderari posſint,sed firme semper,ꝛ valide in suo existant robore simliter statuimus,ꝛ declaramus. Non obstantibus prędmissis,ac constitutionibus,ꝛ ordinationibus apostolicis, ac in prouincialibus,ꝛ synodalibus conciliis editis,generalibus vel specialibus constitutionibus,ꝛ ordinationibꝫ,necnon ecclesiarꝫ prędictarꝫ vsu longissima,ꝛ immemorabili prescriptione,non tamen supra ducentos annos roborata,statutis,ꝛ consuetudinibus contrarijs quibuscunqꝫ. Volumus autem ꝛ eadem auctoritate decernimus,vt post huius nostrę constitutionis,ac Missalis editionem,qui in Romana adsunt Curia presbyteri post mensem, qui vero intra montes post tres,ꝛ qui vltra montes incolunt,post sex menses,aut cum primum illis missale hoc venale propositum fuerit,iuxta illud, missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbiqꝫ terrarum incorruptum ac mendis,ꝛ erroribus purgatum prędseruetur, omnibus in nostro ꝛ sanctę Romanę ecclesię Dominio mediate, vel immediate subiecto commorantibus impressoribus,sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Camerę Apostolicę ipso facto applicandorum: alijs vero in quacunqꝫ orbis parte consistentibus sub excōmunicationis latę sententię, ꝛ alijs arbitrij nostri pęnis ne fine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus a nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplꝫ,ex quo aliorum imprumendorꝫ ab ipso impressore erit accipienda norma,cum Missali in Urbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse,ꝛ concordare,nec in nullo penitus discrepare prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel presumant,auctoritate apostolica,ꝛ tenore pręsentium similibus inhibemus. Verum quia difficile esset pręsentes literas, ad quęqꝫ Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri,illas ad Basilicę principis apostolorum, ac Cancellarię apostolicę,ꝛ in acie Campi Florę de more publicari,ꝛ affigi ac earundē literarum exemplis etiam impressis, ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis,necnon sigillo personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbiqꝫ gentium, ꝛ locorum haberi pręcipimus,quę pręsentibus haberetur,si ostenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat banc paginam nostrę permissionis, statuti,ordinationis,mandati pręcepti,concessionis,indulti,declarationis,voluntatis,decreti, ꝛ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę, Millesimo,Quingentesimo,Septuagesimo. Pridie Idus Julij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Lę. Blozierius.

H. Lumyn.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Indictione Decimatertia, die vero Vigesimanona mensis Julij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,ꝛ Domini nostri, Domini Pij diuina prouidētia Papę Quinti, anno eius quinto retroscriptę literę publicatę, ꝛ affixę fuerunt ad valuas Basilicę principis apostolorum ac Cancellarię apostolicę, ꝛ acie Campi Florę, vt moris est per nos Joannes Andream Rogerium, ꝛ Philibertum Lappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

MISSALE ROMANVM,

EX DECRETO SACROSANCTI
Concilij Tridentini restitutum,

PII V. PONT. MAX.
IVSSV EDITVM.



ANTVERPIÆ,
Ex Officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXV.
Cum Priuilegiis Pont. Max. & Regis Catholici.

E IV

PIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VOprimum tẽpore ad Apoſtolatus apicẽ aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſq; noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaq; parare, & Deo ipſo adiuuãte omni adhibito ſtudio efficere cõtendimus. Cumq; inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuẽdum eſſet de ſacris libris, Cathechiſmo, Miſſali, & Breuiario edẽdis atq; emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionẽ Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes, Breuiario caſtigato; omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens (cùm vnum in Eccleſia Dei pſallendi modum, vnum Miſſæ celebrandæ ritũ eſſe maximè deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquũ in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edẽdo, quam primũ cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandũ duximus, qui quidem diligẽter collatis omnibus cũ vetuſtis noſtræ Vaticanæ bibliothecæ, aliiſq; vndique conquiſitis, emendatis, atque incorruptis codicibus: nec non veterum conſultis, ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituũ inſtituto monumenta nobis reliquerunt; ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorũ Patrũ normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, maturè adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cæptoq; labore fructus omnes percipiant, Romæ quam primũ imprimi, atque impreſſum edi mãdauimus, nempe, vt Sacerdotes intelligãt, quibus precibus vti, quos ritus, quáſue cæremonias in Miſſarũ celebratione retinere poſthac debeant. Vt autẽ à ſacroſancta Romana Eccleſia ceterarum Eccleſiarũ matre & magiſtra, tradita vbique amplectãtur omnes, & obſeruent, ne in poſterũ perpetuis futuris tẽporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarũ Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Sæcularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorũ, tam virorũ quàm mulierum, etiã militiarum Regularibus, ac ſine cura Eccleſiis vel Capellis, in quibus Miſſa Conuẽtualis alta voce cũ choro, aut demiſſa celebrari iuxta Romanæ Eccleſiæ ritũ conſueuit vel debet, alias, quàm iuxta Miſſalis à nobis editi formulam decãtetur, aut recitetur, etiã ſi eædẽ Eccleſiæ quouis modo exemptæ Apoſtolicæ ſedis indulto, cõſuetudine, priuilegio, etiã iuramẽto, confirmatione Apoſtolica, vel aliis quibuſuis facultatibus munitæ ſint: niſi ab ipſa primæ inſtitutione à ſede Apoſtolica, approbata vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos Miſſarum celebrandarum in eiſdẽ Eccleſiis aſſiduè obſeruata ſit: à quibus, vt præfatam celebrandi cõſtitutionem vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Prælati, capituliq; vniuerſi cõſenſu, vt quibuſuis non obſtãtibus iuxta illud Miſſas celebrare poſſint, permittimus: ex aliis verò omnibus Eccleſiis præfatis eorundem Miſſalium vſum tollẽdo, illasq; penitus, & omnino reijciendo: ac huic Miſſali noſtro nuper edito, nihil vnquam addẽdum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtræ pœna, ac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtrictè omnibus & ſingulis Eccleſiarũ prædictarũ Patriarchis, Adminiſtratoribus, aliiſq; perſonis quacunque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiã ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, & præeminentiæ fuerint, illis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipientes, vt ceteris omnibus rationibus, & ritibus ex aliis Miſſalibus quantũuis vetuſtis hactẽnus obſeruari conſuetis, in poſterum penitus omiſſis, ac planè reiectis, Miſſam iuxta ritum, modum ac normam, quæ per Miſſale hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Miſſæ celebratione alias cæremonias, vel preces, quàm quæ hoc Miſſali continentur, addere, vel recitare præſumant.

V 264.025
C363m
music
lib.

ATQVE vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda aut recitanda in quibusuis Ecclesiis absq; vllo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum pœnarũ, sententiarũ, & censurarũ incursu posthac omnino sequãtur, eoq; liberè & licitè vti possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentiũ etiã perpetuò cõcedimus, & indulgemus. Neue Præsules, Administratores, Canonici, Capellani, & alij quocunq; nomine nuncupati presbyteri sæculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad Missam aliter quàm à nobis statutũ est, celebrandam teneantur, neque ad Missale hoc immutandũ à quolibet cogi, & cõpelli, præsentésue literæ vllo vnquã tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmè semper & validè in suo existant robore, similiter statuimus, & declaramus. Non obstãtibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus cõstitutionibus, & ordinationibus, nec non Ecclesiarum prædictarũ vsu lõgissimo & immemorabili præscriptione, nõ tamen supra ducẽtos annos roborata, statutis & consuetudinibus cõtrariis quibuscunque. Volumus autem & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ cõstitutionis, ac Missalis editionẽ, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem; qui verò intra montes, post tres; & qui vltra mõtes incolunt, post sex menses, aut cũ primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud Missam decantare vel legere teneãtur. Quod vt vbiq; terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum præseruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio mediatè, vel immediatè subiecto commorãtibus Impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: aliis verò in quacunque orbis parte cõsistentibus, sub Excommunicationis latæ sententiæ, & aliis arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdẽ partibus à nobis cõstituendi, ac nisi per eundẽ Commissarium eidem Impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso Impressore erit accipienda norma, cum Missali in vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in vllo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præsumãt, auctoritate Apostolica, & tenore præsentium similibus inhibemus. Verùm quia difficile esset præsentes literas ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi: ac earundem literarũ exemplis etiam impressis, ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem porsus indubitatam fidem vbique gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præsentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo: Pridie Idus Iuly, Pontificatus nostri anno Quinto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingẽtesimo, Septuagesimo: Indictione Decima tertia; die verò Vigesimanona mẽsis Iulij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij, diuina prouidẽtia Papæ Quinti, anno eius quinto, retroscriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

MAGNUM
BULLARIUM
ROMANUM,
A PIO QUARTO USQUE
AD INNOCENTIUM IX.

OPUS ABSOLUTISSIMUM LAERTII CHERUBINI, præstantissimi Jurisconsulti Romani; & à D. Angelo Cherubino, Monacho Cassinensi, novissimè verò à RR. PP. Angelo à Lantusca, & Joanne Paulo à Roma, Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, quinti Tomi editione illustratum, & auctum.

EDITIO NOVISSIMA,

Quinque Tomis distributa, Vitis & Iconibus æneis omnium Pontificum decorata: in qua non solùm Constitutiones omnes S. D. N. URBANI VIII. *quotquot reperiri potuerunt, ordine temporis insertæ, Appendicesque duæ suis restitutæ locis; verùm &* S. D. N. INNOCENTII X. ALEXANDRI VII. CLEMENTIS IX. & CLEMENTIS X. *Constitutiones usque ad hanc diem emanatæ, superadditæ sunt, Rubricis suis, & Scholiis convenientibus, Summariisque marginalibus exornatæ, ac tandem uberioribus quàm anteà Indicibus locupletatæ.*

TOMUS SECUNDUS.

LUGDUNI.
Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXXII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

§.19. Jubemus igitur omnium Collegiorum, & Officiorum prædictorum defensores, Mensarios, Depositarios, necnon Vectigalium Redemptores, & cæteros omnes, ad quos pertinet, ut quisque pro se, alia à nobis non expectata jussione, aut mentis nostræ declaratione, prædictum Summatorem, & ab eo substituendum & substituendos, necnon Præsidentem, & Recognitores omnes, tam conjunctim quàm divisim ad prædicta omnia recipiant & admittant, eisque de ipsis omnibus integrè respondeant, & ab aliis faciant responderi. Qui contrafecerint, eos tamdiu ab Officiorum exercitio suspendimus, & ab emolumentorum perceptione privamus, donec satisfactione prævia, meruerint à Rom. Pont. restitutionis beneficium obtinere.

§. 20. Non obstantibus nostra de non tollendo jure quæsito, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Secretariatus, Scriptoriæ, Archivii, cæterumque officiorum, & Collegiorum, necnon Cameræ Urbis, & vectigalium prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, usibus & naturis, quantocumque tempore observatis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, illis eorumque Præsidentibus, Ministris, & personis per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos & Sedem prædictam, etiam per modum statuti perpetui, & initi & stipulati contractus, & aliter sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis restitutivis, præservativis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, & motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon consistorialiter, ac ex causis quantumcumque onerosis concessis, confirmatis, innovatis, extensis & moderatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si ad verbum inserterentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Quodque aliquibus communiter vel divisim à prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§.21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ, &c. infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

D. D. A. 5. die 24. Junii.

Dat. Rom. apud S. Petr. Anno Incarn. Dominicæ 1578. Kal. Julii, Pont. nostri anno 5.

CVI. Missalis Romani, ad ritè Missas celebrandas ex Conc. Trid. decreto reformati approbatio, & aliorum abolitio.

Hoc Missale iteratò restituit Clem. VIII. ut infra in ejus const. 108. Cum Sanctissimum.

Edita A D. 1570.

PIVS EPISCOPVS, *Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

QUo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad Ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipso adjuvante omni adhibito studio efficere contendimus.

Ex de ret. Concil. Trid. Catechismus Missale & Breviarium

§.1. Cumque inter alia sacri Trid. Conc. decreta, nobis statuendum esset de sacris libris, Catechismo, Missali, & Breviario, edendis atque emendandis, edito jam, Deo ipso annuente, ad populi eruditionem Catechismo, & ad debitas Deo persolvendas laudes Breviario castigato, omnino ut Breviario Missale responderet, uti congruum est, & conveniens (cum unum in Ecclesia Dei psallendi modum, unum Missæ celebrandæ ritum maxime deceat) necesse jam videbatur, ut quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quamprimum cogitaremus.

emendanda curarant, & Breviarium jam fuit emendatum, & ab isto Pont. confirmatum, ut fuit in const. 64.

§.2. Quare eruditis delectis viris onus hoc mandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustissimis nostræ Vaticanæ bibliothecæ, aliisque undique conquisitis, emendatis, atque incorruptis codicibus, necnon veterum consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum Sanctorum Petrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum jam, & castigatum matura adhibita consideratione, ut ex hoc instituto, cæptoque labore fructus omnes percipiant, Romæ quamprimum imprimi, atque impressum edi mandavimus, nempe ut Sacerdotes intelligant, quibus precibus uti, quos ritus, quasve cæremonias in Missarum celebratione retinere posthac debeant. Ut autem à Sacrosancta Romana Ecclesia cæterarum Ecclesiarum mater & magistra, tradita ubique amplectantur omnes, & observent, ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani Orbis provinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, sæcularibus & quorumvis Ordinum Monasteriorum, tam virorum quàm mulierum, etiam Militiarum regularibus, ac sine cura, Ecclesiis, vel Capellis, in quibus Missa Conventualis alta voce in Choro, aut demissa celebrari juxta Romanæ Ecclesiæ ritum consuevit, vel debet, alias quàm juxta Missalis à nobis editi formulam, decantetur aut recitetur, etiamsi eædem Ecclesiæ quovis modo exemptæ Apostolicæ Sedis indulto, consuetudine, privilegio, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel aliis quibusvis facultatibus munitæ sint, nisi ab ipsa prima institutione à Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio supra ducentos annos Missarum celebrandarum in eisdem Ecclesiis assidue observata sit, à quibus, ut præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curavimus, iisdem magis placeret, de Episcopi vel Prælati, Capitulique universi consensu, ut quibusvis non obstantibus, juxta illud Missas celebrare possint permittimus, ex aliis verò omnibus Ecclesiis præfatis eorundem Missalium usum tollendo, illaque penitus & omnino rejiciendo.

Bi mox emendari fecit Missale, quod nunc confirmat hac recepit & juxta illud ubique celebrari jubet, si alia institutio à Sede Apostol. approbata, vel consuetudo supra ducentos annos observata sit. Quod ad Monachos S. Benedicti hic retetir quod notavi supra in rubr. cc. §. 64.

Illudque immutari prohibet.

§. 3. Ac huic Missali nostro super edito, nihil unquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus & ordinamus. Mandantes, ac districtè omnibus & singulis Ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, aliisque personis quacumque Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut cujusvis alterius gradus & præeminentiæ fuerint, illis in virtutæ sanctæ obedientiæ præcipientes, ut cæteris omnibus rationibus & ritibus ex aliis Missalibus quantumvetustis hactenus observari consuetis, in posterum penitus omissis ac planè rejectis, Missam juxta modum, ac normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur decantent, ac legant, neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumant. Atque ut hoc ipsum Missale in Missa decantanda aut recitanda in quibusvis Ecclesiis absque ullo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum pœnarum, sententiarum & censurarum incursu posthac omninò non sequantur, eoque liberè & licitè uti possint & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, etiam perpetuò concedimus & indulgemus. Neve Præsules, Administratores, Canonici, Capellani, & alii quocumque nomine nuncupati presb. sæculares, aut cujusvis Ordinis regulares, ad Missam aliter quàm à nobis statutum est, celebrandam tenentur, neque ad Missale hoc immutandum à quolibet cogi & compelli possint.

§.4.

Claufula præfervativa. §.4. Præfentefve literæ ullo umquam tempore revocari aut moderari poffint, fed firmæ femper & validæ in fuo.exiftant robore, fimiliter ftatuimus & declaramus.

Clauf. derog. §.5. Non obftantibus præmiffis, ac conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ac in provincialibus & fynodalibus Conciliis editis generalibus vel fpecialibus conftitutionibus & ordinationibus, necnon Ecclefiarum prædictarum in ufu longiffima & immemorabili præfcriptione, non tamen fupra ducentos annos roborata, ftatutis & confuetudinibus contrariis quibufcumque.

Hæc conftitutio quãdo incipiat ligare. §. 6. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, ut poft hujus noftræ conftitutionis, ac Miffalis editionem, qui in Romana adfunt Curia presb. poft menfem, qui verò citra montes, poft tres, & qui ultra montes incolunt, poft fex menfes, aut cum primum illis Miffale hoc venale propofitum fuerit, juxta illud Miffam decantare vel legere teneantur.

Impreffores nõ imprimant Miffale abfque licentia. §.7. Quod ut ubique terrarum incorruptum, ac mendis & erroribus purgatum præfervetur, omnibus in noftro & S.R.E. dominio, mediatè vel immediatè fubjecto commorantibus Impreffоribus, fub amiffionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apoftolicæ ipfo facto applicandorum, aliis verò in quacumque orbis parte confiftentibus, fub excommunicationis latæ fententiæ, & aliis arbitrii noftri pœnis, ne fine noftra, vel fpecialis ad id Apoftolici Commiffarii in eifdem partibus à nobis conftituendi, ac nifi per eundem Commiffarium eidem impreffori Miffalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipfo impreffore erit accipienda norma, cum Miffali in Urbe fecundum magnam impreffionem impreffo collatum fuiffe, & concordare, nec in nullo penitus difcrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere vel proponere, vel recipere ullo modo audeant vel præfumant auctoritate Apoftolica & tenore præfentium fimilibus inhibemus.

Juftic publ. & Exemplorum fides. §.8. Verùm quia difficile effet præfentes literas ad quæque Chriftiani Orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Bafilicæ Principis Apoftolorum, ac Cancellariæ Apoftolicæ, & in acie Campi Floræ, de more publicari & affigi, ac earundem literarum exemplis, etiam impreffis, manu alicujus publici tabellionis fubfcriptis, necnon figillo perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis eandem prorfus indubitatam fidem ubique gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præfentibus haberetur fi oftenderentur, vel exhiberentur.

Nulli ergo, &c.

Dat. P. An. 4. die 12. Julii. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1570. pridie Idus Julii, Pont. noftri anno 5.

Publicatio. *Anno à Nativitate Domini 1570. Indictione 13. die verò 29. menfis Sept. Pontificatus Sanctiff. in Chrifto Patris, & D. N. D. Pii divina providentia Papa V. Anno 5. retrofcripta litteræ publicatæ & affixæ fuerunt ad valvas Bafilicæ Principis Apoftolorum, ac Cancellariæ Apoft. & acie Campi Floræ, ut moris eft, per nos Ioan. Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Curf.*

Scipio de Octavianis, Mag. Curf.

CVII. Quod Gubernatori Almæ Vrbis quicquam de mandato Papæ dicere, vel facere afferenti plenè credatur.

Alias Gubernatoris jurifdictiones plenè notavi fup. in Leon. X. conft. 8. Etfi pro.

Recordare, quod diverfis Tribunalibus, & Judicibus Urbis varia fuerunt conceffa Indulta cognofcendi caufas criminales fuper delictis quarumcumque perfonarum, privativè quoad alios, quæ S. D. N. Urban. VIII. intelligi voluit non privativè quoad Gubernatorem Urbis, in ejus conftitut. 93. *Decet*, infrà tom. 4.

PIUS PAPA QUINTUS, *Edita An. D. 1570.*
Motu proprio, &c.

Exordium. Cum Apoftolica Sedes quafi lucerna fuper candelabrum fit conftituta, ne civitas quæ fupra montem pofita eft, abfcondi poffit, nos qui ei licet immeriti præfidemus, diligenti debemus cura fatagere, ut non folùm ita luceat lux noftra coram hominibus, ut videntes opera noftra glorificent patrem luminum, à quo bona cuncta procedunt, verum etiam cęteri Chrifti fideles curæ noftræ divinitus commiffi, ubique locorum, fed præcipuè in Alma Urbe noftra exiftentes, quos Domini timor ad virtutes non allicit, juris rigore perterriti greffus fuos in ejufdem Domini mandatorum via dirigendo impellantur.

Caufa hujus conceffionis. §.1. Quod ut magis votivè nobis fuccedat, cum conditionis humanæ defectu omnia per nos ipfos exequi nequeamus, vices noftras aliis committimus, qui fciant, velint & valeant mandata noftra fideliter & prudenter exequi, quod profectò in dilecto filio magiftro Monte de Valentibus, Urbis prædictæ Gubernatore, notario, & familiari noftro, nos comperiffe fateri audemus. Hac fanè ratione allecti & adducti, facere nullo modo poffumus, quin continuè ei graviffima peragenda imponamus negotia, ad quorum executionem ipfi procedenti, fi drout negotiorum gravitas exigit, pro illorum fingulis peculiare effet affignandum voluntatis noftræ teftimonium, facile foret, ut voluntas noftra non ea qua volumus celeritate executioni demandaretur. Volentes itaque præmiffis ea adhibere remedia, ne ullo unquam tempore ipfius Montis Gubernatoris auctoritati & jurifdictioni iniquorum calumniis derogari contingat, aut ipfe Montes Gubernator voluntati noftræ exequendæ anhelans, illius occafione moleftetur, falubriter providere.

Gubernatori aliquid ... vel faciendi de ordine Papæ ... credatur. §.2. Motu fimili, &c. & ex certa noftra fcientia, ac de Apoft. poteftatis plenitudine volumus & declaramus, omnes & fingulas fententias, decreta, bannimenta, proclamationes, aliaque ipfius hactenus gefta, & in pofterum gerenda, & tam in fcriptis quàm alias, etiam ex fui officii mera auctoritate, in quibus ipfe Montes Gubernator ex ordine noftro hactenus proceffiffe atteftatus fuerit, vel in pofterum procedere atteftabitur, eam prorfus vim & efficaciam, idemque robur obtinere, & ab omnibus inviolabiliter obfervari, omnefque quos illa concernunt, ita & perinde afficere, ac fi ea omnia de fpeciali & expreffa commiffione noftra, de qua etiam per cedulam manu noftra, etiam Motu proprio fignatam conftaret, emanaffent, ipfiufque Montis Gubernatoris affertioni abfque aliqua per ipfum exhibenda probatione ftari, eumque merum mentis & voluntatis noftræ executorem fuper fic per eum, ut præmittitur geftis, tam in judicio quàm extra, etiam per nos & fucceffores noftros Rom. Pont. feu de eorum mandato per quofcumque moleftari, inquietari, aut perturbari ex quavis caufa non poffe.

Preceptum quod ... moleftari non poffit. §. 3. Interdicentes quibufvis perfonis, cujufcumque dignitatis, ftatus, gradus, & conditionis, ac ordinis exiftentibus, & quacumque dignitate, facultate, & auctoritate fulgentibus, & in præmiffis, tam de noftro, quàm fucceflorum prædictorum mandato proceden. eundem Montem Gubernatorem fuper præmiffis, vel eorum aliquo moleftandi, inquietandi, aut perturbandi facultatem.

Claufula præfervativa. §.4. Decernentes quoque prædictas, & defuper conficiendas literas nullo unquam tempore de fubreptionis vel obreptionis vitio, feu intentionis noftræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris deduci, in jus vel controverfiam vocari nullatenus poffe, minufque fub quibufvis fimilium vel diffimilium gratiarum revocationibus, fufpenfionibus, limitationibus, & aliis contrariis difpofitionibus comprehendi nullatenus poffe, fed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priftinum ftatum reftitutas, repofitas, & plenarie, etiam fub quacumque data per ipfum Montem eligenda reintegratas effe, vimque validi & efficacis contractus inter nos & Sedem Apoftolicam, ac eundem Montem Gubernatorem initi fortiri.

Claufula fublata, &c. §.5. Sicque ab omnibus cenferi, & ita per quofcumque Judices, &c. etiam caufarum Palatii Apoftolici Auditores,